

Salvo jure ecclesiarum, & annua unius denarii pensione eidem. Apoll. Sedi persolvenda.

verit, exequaris: & illius terra populus honorifice te recipiat, & sicut Dominum veneretur: jure nimirum ecclesiastico illibato & integro permanente: salva beato Petro & sacrosancta Romana Ecclesia de singulis domibus annua unius denarii pensione. Si ergo, quod concepti animo, effectu duxeris complendum, stude gentem illam bonis moribus informare, & agas tam per te quam per illos, quos adhibes, quos fide, verbo, & vita idoneos esse perspexeris, ut decoretur ibi Ecclesia, plantetur & crescat fidei Christiane religio, & que ad honorem Dei, & salutem pertinent animarum, per te taliter ordinentur, ut a Deo sempiternae mercedis cumulum consequi merearis, & in terris gloriosum nomen valeas in seculis obtinere. (a)

VI.

Monasterii S. Marie de Caramagna Asten. Diocesis administratio hujusce Ecclesie Episcopo committitur.

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilis fratri Anselmo Astensi Episcopo salutem & apostolicam benedictionem.

In Ughell. Ital. Sac. To. IV. ubi de Asten. Ecclesia.

Qua a Deo ecclesiis p. tificibus statuta sunt, non immutanda.

Monasterium hujusmodi sub jure S. R. E. positum.

Administratio Episcopi Asten. tamquam vicibus Sedis Apoll. in hoc fungentis, subicitur.

QUE a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus rationabili providentia sunt, in sua volumus stabilitate persistere; & ne futuris temporibus immutentur, nostro etiam munimine roborentur. Beata siquidem Maria Monasterium, quod in loco Caramagne situm est, sub Apostolica Sedis defensione, ac dispositione consistit, & ad eius jus ex antiqua oblatione cognoscitur pertinere. Ipsius ergo meliorationem & recuperationem ex Apostolica Sedis provisione operam impendentem, tibi, charissime frater & Coepiscopo Anselme, tuisque successoribus ad exemplum felicis mem. V. PP. Callisti predecessoris nostri, eundem locum committimus, ut in eo vias nostras agas in Abbatissarum ordinationibus & consecrationibus, & in ceteris Episcopalis administrationibus: salvo nimirum in omnibus jure & reverentia Romana Ecclesie, & censu aurei unius, singulis annis Lateranensi Palatio persolvendi. Idem

(a) Mattheus Parisius, quem supra laudavimus, hoc privilegium referre ad annum 1155. Gualdus vero Cambienis Hibernia expugnata Lib. II. Cap. VI. huc praeferit ad rerum gestarum intelligentiam p. nec necessaria. Interea quamquam martiri plurimum intentus & detentus exercitiis Anglorum Rex, sua tamen inter agendum Hibernia non immemor, cum prenotatis spuriarum literis, in Synodo Cassiliensi per industriam questis, directis ad Curiam Romanam. Nonnullis, ab Hadriano Papa de Anglia orando, tunc praesidente, privilegium impetravit, ejusdem autoritate & assensu, Hibernico populo tam dominandi quam ipsi, in fidei rudimentis incultissimum, ecclesiasticis normis & disciplinis juxta Anglicanae Ecclesie mores informandi. In Hiberniam itaque privilegio transmissis, per Nicolaum Guelingfordensem tunc Priorem, Malonesburiensem quoque postmodum Abbatem, tam positum quam depositum, necnon & Guillelmum Aldelmi filium; Convocata statim apud Guaterfordiam Episcoporum Synodo, in publica audientia, ejusdem privilegii cum Universitatis assensu solemniter recitatio facta fuit per Joannem Salisburgensem, postmodum Episcopum Carnotensem, Romam ad hoc destinatum; per quem etiam idem Papa Regi annulum aureum in laevitate signum presentavit; qui statim cum privilegio in Archivis VVistoniae depositus fuerat.

enim Monasterium, sicut religiosorum Fratrum relatione didicimus, in spiritualibus & temporalibus admodum diminutum esse, & per vestram potissimum industriam in statum meliorem, cooperante Domino, reformari, & a pravorum hominum potestate & infestatione defendi. Nulli ergo omnino hominum facultas sit, supradictum Monasterium a vestra provisione atque subjectione subtrahere, aut quod a nobis statutum est, qualibet temeritate remove; sed vias nostras in omnibus, prout superius dictum est, ad honorem Dei, & animarum vestrarum salutem, & loci interius & exterius augmentum & meliorationem, liberè per Dei gratiam peragatis. Si quis autem adversus hanc nostram commissionem audaci temeritate proruperit, honoris & officii sui periculum patiat, aut excommunicationis absolutione plectatur, nisi presumptionem suam digna satisfactione coerceat.

EGO ADRIANUS Catholicae Ecclesie Episcopus.

Ego Otto Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum subsc.

Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tit. sanctae Sabinae s.

Ego Guido Diac. Cardinalis S. Mariae in Porticu subsc.

Ego Imarus Tusulanus Episcopus s.

Ego Jacintus Diac. Card. sanctae Mariae in Cosmedin subsc.

Ego Cencius Portuensis, & sanctae Rufinae Episcopus s.

Ego Otto Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano subsc.

Ego Octavianus Presbyter Card. tit. sanctae Ceciliae s.

Ego Ard. sancti Theodori Diaconus Cardinalis subsc.

Ego Joannes Diac. Card. SS. Joannis & Pauli tit. Pammachii subsc.

Ego Boso Diac. Card. sanctorum Cosmae & Damiani s.

Datum per manum Rolandi S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii, II. Non. Januarii indictione IV. Incarnationis Dominice anno MCLVI. Pontif. vero D. Adriani Papae IV. anno III.

VII.

Confirmatio Primatus Toletanae Ecclesie, cui Complutensis, & quae post Saracenorum invasionem proprios amiserat Metropolitas, subjiciuntur.

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Joanni Toletano Archiepiscopo, ejusque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

Quante dignitatis & gloriae Toletanae Ecclesiae fuit ex antiquo, & tam in Hispania quam in Gallicis regionibus quam famosa extiterit quam illustris, quot etiam per eam ecclesiasticis negotiis utilitates & incrementa pervenerint, omnibus, qui synodali decretorum justitia scrutantur, satis esse credimus manifestum. Sed ex quo, peccatis populi

AN. CH. 1155. Ut in pristinum statum redigatur.

Decretum indemnitate pro eodem;

Sub excommunicationis.

Hadriani Pp.

& S. R. E. Card. subsc.

Dat. die 4. Januarii anno Dom. 1155. Pont. an. III.

Ex opere C. de Primatu Toletano edito Concil. Tom. XIII. col. 35.

Exordium a dignitate Toletanae Ecclesiae desumptum.

Eadem Ecclesia a Saracenis postmodum occupata;

Et ab eorum manibus per Ildesonsum Regem vindicata;

Archiepiscopi honoris ab Urbano II. PP. restituta fuit;

Hadrianus vero Complutensem Ecclesiam ei subiciens;

Toletanum Archiepiscopum Hispaniarum Primatum declaravit; Etque Pallium concedit.

Ecclesiam omnem ei restituit.

Eiq; quas Metropolitanos amiserat, restituit.

puli exigentibus, Toletana civitas, quae insignis quondam, & inter Hispaniarum Urbes magni nominis habebatur, Saracenorum violentia capta est; ita ibi Christianae religionis libertas ad nihilum est redacta, quod per multa curricula temporum nulla illic perhibeatur pastoralis officii dignitas viguisse. Postea vero, sicut divinae voluit misericordiae Majestatis, studio illustri & magnifici viri Regis Ildesonsi, & labore Christiani populi, Saracenis expulsi, Christianorum juri praefata est civitas restituta. Quia vero dignum erat, & consentaneum modis omnibus rationi, ut postquam eadem civitas inamissam respirabat libertatem, ipsa, & Ecclesia in statum reduceretur pristinae dignitatis, praedecessor noster divinae memoriae Urbanus Papa, cujus temporibus a Saracenorum manibus civitas est erepta, ut ibi Sedes esset Pontificalis, instituit, & in praedicta Ecclesia, sicut antiquitus fuerat, Praesulem ordinavit. Nos ergo, qui ei licet indigni successimus, jus ipsius Ecclesiae in nullo minorare, sed potius augmentare volentes, ejusdem urbis statum, quantum ad nostras est facultates, in Ecclesiasticae dignitatis gloria stabilire, adjuvante Domino praepotamus. Confirmamus itaque tibi quam tuis successoribus in perpetuum, & per vos Ecclesiae Toletanae, Complutensem parochiam cum suis terminis, & cetera, quae hodie Toletana Ecclesia jure & canonicè possidet. Igitur tum pro digna Toletanae Ecclesiae reverentia, tum & pro reverendissimi filii nostri praestantissimi Regis Ildesonsi postulationibus, cujus nimirum virtute ac prudentia suffraganea Sedes in libertatem pristinam redacta sunt: te venerabilis frater, juxta praedecessorum nostrorum sanctae memoriae Urbani II. Paschalis, Callisti, Eugenii, Romanorum Pontificum, instituta, in totis Hispaniarum regnis Primatem fore, praesentis privilegii auctoritate sancimus; sicut ejusdem urbis antiquitus constat extitisse Pontifices. Pallio sane in Missarum solummodo celebrationibus uti debebis, praecipue; quae subscriptae sunt festivitatum temporibus: tribus diebus videlicet in Natale Domini, in Epiphania, Hypopanton, Coena Domini, Sabbato sancto, tribus diebus in Pascha, in Ascensione, Pentecoste, tribus solemnitatibus sanctae Mariae, sancti Michaelis, & sancti Joannis Baptista, in omnibus natalitiis Apostolorum, & eorum Martyrum quoque, Martini, & Ildesonsi confessorum, & Omnium commemoratione Sanctorum, in consecrationibus Ecclesiarum, Episcoporum & clericorum, in Anno consecrationis tuae die, natali etiam sancti Isidori, & Leandri. Primatem te universae Hispaniarum Praesules respicient; & ad te, si quid inter eos quaestio dignum exortum fuerit, referent: salva tamen Romana Ecclesiae auctoritate. Toletanam ergo Ecclesiam jure perpetuo tibi tuisque, si divina gratia praestiterit, successoribus, Canonico tenore hujus privilegii confirmamus, una cum omnibus Ecclesiis & Diocesis, quas proprio jure, noscitur antiquitus possedisse: praecipientes deus, quae Saracenorum ad praesens subjacent ditioni, ut cum eas Domino placuerit potestati populi restituere Christiani, ad debitam Ecclesiae vestrae obedientiam referantur. Illarum etiam civitatum Dioceses, quae Saracenis invadentibus Metropolitanos proprios perdiderunt, vestrae ditioni e tenore subjecimus, ut quoad sine propriis extit-

Bull. Rom. Tom. II.

erint Metropolitanis, tibi ut proprio debeant subiacere. Si vero Metropolis quaelibet in statum fuerit pristinum restituta, suo quoque Diocesis Metropolitanae restituantur. Neque tamen ideominus tua debet studere fraternitas, quatenus unicuique Metropoli & suae restituantur gloria dignitatis. Haec & cetera omnia, quae ad antiquam Toletanae Sedis dignitatem atque nobilitatem, probari poterunt pertinuisse: auctoritate, & certa Sedis Apostolicae concessionem nos tibi tuisque successoribus perpetuo possidenda concedimus, atque firmamus. Te, venerabilis frater, affectione intima exhortamur, quatenus dignum te tanti honore Pontificii semper exhibeas, Christianis ac Saracenis sine offensione semper esse procurans, & ad fidem infideles convertertere, Domino largiente, verbis studeas & exemplis. Sic exterius pallii dignitate primatus praerogativa, praecellens in oculis omnium hominum, ut interius virtutum excellentiam polleas coram supernae oculis Majestatis. Si qua igitur impoestum, ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens &c.

Datum Beneventi per manus Rolandi sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Card. & Cancellarii, XIV. Kal. Martii Incarn. Domin. an. MCLVI. Pontificatus vero Domni Adriani Papae IV. anno II.

VIII.

Confirmatio Bonorum, Privilegiorum, & Exemptionum Ecclesiae S. Zenonis in Hallen. Salisburgen. Diocesis.

Ecclesiam hanc a Conrado Salisburgen. Archiepiscopo fundatam, confirmavit, amplissimisque privilegiis donavit Eugenius PP. III. post anno 1145. retulimus.

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, dicitur filius, Henrico Praeposito Ecclesiae S. Zenonis Hallensis, ejusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Quoniam sine vera cultu Religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicae auctoritati religiosas personas diligere, & earum quieti auxiliante Domino, providere. Eapropter dilecti in Domino filii, venerabilis fratris nostri Eberhardi Salisburgenis Archiepiscopi precibus inclinati, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & ad exemplar praedecessoris nostri sanctae recordationis Eugenii Papae, praefatam Ecclesiam S. Zenonis, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; In primis siquidem statuentes, ut Ordo Canonice, qui secundum B. Augustini regulam in eodem Loco noscitur institutus perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, tam ex dono Conradi quondam Archiepiscopi Salisburgenis fundatoris loci vestri, quam aliorum Dei fidelium, impraesentiarum iuste & canonicè possidetis, aut

Y y

Quousque quaque Metropolis in pristinum statum fuerit restituta.

Joannem Archiep. ad numeris suis fundendum partem exhortatur.

Solite conclusiones prout in exteris supraallatis.

Dat. die 7. Februarii anno Dom. 1156. Pont. anno II.

Ex Mundi Historia Salisburgen. Tom. III.

Exordium

Ratum habens Privilegium Eugenii PP. III.

Monasticum Ordinem in hac Ecclesia servari mandatum. Ac donationes omnes, quaeque bona ei confirmat.

in futuram concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, prestante Domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Curtem sitam ante portam ejusdem Ecclesie cum omnibus appendiciis suis, & prædium quod dicitur Suvant ex dono ipsius Archiepiscopi; quicquid juris habetis in decima salis, qui coquitur de fonte Halle, ex dono Heinrici filii Etechonis & fratris ejus: prædium, quod dicitur Nutzpoum cum omnibus pertinentiis suis, ex dono Ebonis, Facconis, & Babonis: aquas, quas in eodem fonte ad sal coquendum habetis, prædium situm in loco, qui dicitur Occheim, cum appendiciis suis, ex dono Sibotonis: prædium, quod dicitur Unchen. Statuimus, ut in Ecclesiis, in quibus fratres vitam canonicam professi fuerint, nulli omnino post factam canonicam professionem, exinde liceat sine communis Congregationis permissione discedere; discedentem verò nullus audeat retinere. Si verò post secundam vel tertiam commotionem redire contempserit, liceat ejusdem loci Præposito canonicam in eum proferre sententiam. Sane ipsa plebs Allensis, sicut a jam dicto Conrado Archiepiscopo canonicè statutum est, a nullo successorum vobis auferatur, sed in dispositione Præpositi vestri permanent. Ad hæc adiacentes statuimus, ut cappelle, quæ infra terminos parochialis Ecclesie Hallensis fundate sunt, sicut ab ipso Archiepiscopo rationaliter provisorum est, eidem matri Ecclesie subiaceat. In futuro autem absque assensu Præpositi vestri novas in ipsa parochia cappellas adificari prohibemus; salvâ nimirum Sedis Apostolicæ, & proprii Episcopi auctoritate. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat: salvâ tamen justitiâ matri Ecclesie. Præterea, exemptionem personæ tuæ, & Ecclesie tibi commissæ, a subiectione Salisburg. Archidiaconi, per venerabilem fratrem nostrum Eberhardum Salisburg. Archiepiscopum canonicè factam, tibi, & per te Ecclesie tuæ, auctoritate Sedis Apostolicæ confirmamus. Obviente verò te, nunc ejusdem loci Præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia prapatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Augustini Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate, & Dicoesani Episcopi canonicâ justitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo exami-

Quemcumque Canonicorum post factam professionem inde discedere sub gravibus penis vetat.

Trehiberque intra terminos Ecclesie hujus absque Præpositi assensu cappellas adificari.

Sepulturam in eadem Ecclesia fore liberam declarat: Præpositi exemptionem a Salisburg. Archiepiscopo. P. confirmat: Illius vero electionem, solis Canonici concedit.

Solite clausula.

reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat: Cunctis autem eidem Loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Dat. die 17. Februarii an. Dom. 1156. Pont. an. III.

Dat. Beneventi per manum Rolandi S. Romanæ Ecclesie Presb. Card. & Cancell. XIII. Kalendas Martii Indictione V. Incarnationis Dominicæ anno MCLVI. Pontificatus verò Domini Adriani PP. IV. anno III.

I X.

Confirmatio honorum Ecclesie in Staingaden. Canonicorum Ordinis Præmonstraten. & privilegiorum concessio.

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Anselmo Præposito Ecclesie S. Joannis Baptistæ de Staingaden. ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Idem.

Exordium.

Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurfus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre Religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam, ab illustri Duce Guelfone in proprio allodio fundatam, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessoris nostri felicis memorie Eugenii Pape, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; In primis siquidem statuimus, ut Ordo Canonicus, qui secundum B. Augustini regulam, & institutionem Præmonstratensium, in eodem Loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Nec alicui Fratrum, post factam inibi professionem, absque Præpositi licentia liceat ex eodem claustrò discedere, discedentem verò nullus audeat retinere. Præterea quæcumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia impresentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: In Episcopatu Augustens. Ecclesiam Ingenrieth cum decimis & aliis ad eam pertinentibus, a venerabili fratre nostro Conrado Augustens. Episcopo canonicè vobis concessam: Prædium, quod dicitur Sibeniach: plebem & decimas a memorato Episcopo legitime vobis concessas: partem quoque cujusdam beneficii, idest, octo mansos in loco, qui dicitur Marchtorf, quam tu, dilecte fili Anselme Præpositè, de manu Theoderici de Pounb, assensu & convenientia tam venerabilis fratris nostri Conradi Augustens. Episcopi, quam Canonicorum & Ministerialium ipsius Ecclesie, septuagin-

Ecclesiam hanc a VVelfphone Spoleti Duce fundatam sub protectione Sedis Apost. suscipiens.

Canonicum ordinem ibi servari præcipit: Bonaque omnia ad eam spectantia confirmat.

Confirmatio honorum, ad Canonicos Ecclesie S. Constantie de Urbe-veteri pertinentium.

Adrianus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Roccho Præposito S. Constantie de Urbe veteri, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris canonicè substitutis,

Edidit Vghell. Ital. Sac. Rom. I. ubi de Urbe veteri Episcopi.

Desunt nonnulla.

Quatenus devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas postulata, vires indubitanter assumat. Ea propter, dilecti in Domino filii. . . . iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quæcumque possessiones, & quæcumque bona, eadem Ecclesia impresentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit. . . . firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam sancti Laurentii cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Bartholomei cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Matthei & Hospitalis cum suis pertinentiis, Ecclesiam sancti Juliani & Hospitalis cum suis pertinentiis, Ecclesiam sanctæ Anastasie cum pertinentiis suis, villamque quoque, quæ dicitur Ferosellum, cum pertinentiis suis, & Mezzanam campum, de Ripa transmarini, campum, qui est ante Ecclesiam sancti Constantii, plebem sancti Petri de . . . . cum suis pertinentiis, plebem sancti Joannis de Vallelacus cum suis pertinentiis, plebem sancti Smeraldi & sancti Stephani de Monte longo cum suis pertinentiis, plebem sancti Terentiani cum suis pertinentiis, plebem sanctæ Mariæ de Miniano cum suis pertinentiis, Hospitalis de Ripa Aquæpendentis cum Ecclesia & pertinentiis suis: Præterea quicquid in decimis, primitiis, & oblationibus, iustè & canonicè possidetis, vobis nihilominus confirmamus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse sancimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni, & extremæ voluntati, nisi fortè excommunicati, vel interdicti sint, nullus obstat, salvâ tamen justitiâ Ecclesiarum, unde assumpti fuerint. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat, præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, vel aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ nimirum Episcopis vestris canonicâ justitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo exami-

Ecclesiam ipsam sub protectione Sedis Apost. recipiens, eidem bona omnia confirmat.

Decimas donat.

Sepulturam liberam omnibus inibi concedit.

Solite clausula.

Canonicos in spiritualibus Episcopo subiectos declarat.

Sepulturam vero Ecclesie liberam.

Præpositum per eosdem Canonicos eligi mandat.

Et in communis Parochie interdictio divina per eos celebrari officia permittit.

Solite clausula.

Annuum censum Apostolicæ Sedis a persolvendum imponit.

S. R. Ecclesie Card. subiectiones.

Dat. die 31. Maii an. Domini 1156. Pont. an. III.

ginta talentis redemisse dignosceris, sicut in scripto ejusdem fratris nostri Episcopi continetur. vobis nihilominus confirmamus. Sanè novialium vestrorum, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis decimas presumat exigere. Porro consecrationes Altarium seu Ecclesiarum, ordinationes Clericorum, qui ad sacros Ordines fuerint promovendi, a Dicoesano suscipietis Episcopo, siquidem catholicus fuerit, & ea gratis ac sine pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis, catholicum, quem malueritis, adire Antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulat, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius Loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, & extremæ voluntati, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & B. Augustini regulam sibi providerint eligendum. Præterea si generale interdictum in parochia fuerit promulgatum, nihilominus clausis januis, non pulsatis tintinnabulis, exclusis excommunicatis & interdictis, submissa voce celebrandi officia facultatem liberam habeatis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictam Ecclesiam tuam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ nimirum Apostolicæ Sedis auctoritate, & Dicoesani Episcopi canonicâ justitiâ. Ad indicium autem hujus a Sede Apostolica perceptæ protectionis, unum bizantium aureum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolveris. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, si non satisfactionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat; Cunctis autem eidem Loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Ubaldus Presb. Card. Ecclesie Præcedis. Ego Julius Presb. Card. Ecclesie S. Marcelli. Ego Bernardus Presb. Card. Eccl. divi Clementis. Ego Octavianus Presb. Card. Ecclesie S. Cæcilie. Ego Gerardus Presb. Card. S. Stephani in Cælio monte.

Ego Joannes Presb. Card. SS. Joannis Ulrici & Ecclesie Lamachei. Dat. Beneventi per manum Rolandi S. R. E. Presb. Card. & Cancellarii. II. Kal. Junii Ind. IV. Incarn. Dom. ann. MCLVI. Pontif. verò D. Adriani PP. IV. anno III.

Bull. Rom. Tom. II.

Y y 2 ne